

www.e-rara.ch

Polydori Vergilii Urbinatis Anglicae historiae libri vigintiseptem

Vergilius, Polydorus

Basileae, Anno 1570

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-263>

Prooemium liber secundi

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

PROOEMIUM LIBRI SECUNDI.



AM percucurimus, id quod ab initio pollicitus erā, vitas sexaginta octo regum (tot enim fuisse aiunt, eo ordine, quo eos noua tulit historia) vnā cum vita Cassiuellauni: ac præterea breuiter memini de Theomantio & Cinbellino, qui Cassiuellauno successere in rerum administrationem. Isto Cassiuellauno principe, Britannia Romano imperio, sicut demonstrauimus, vectigalis facta est, fuitq; deinceps paulò minus quingentis & tribus annis, cum Britāni id temporis destituti auxilio ab Aetio, qui in Galliis copiarū præfectus Theodosij iunioris fuit, à Pictis Scotisq; fcedere coniunctis ceperint sic bello premi, vt postquam eorum rapinas & impetus aliquandiu fortiter tulerunt, ad vltimū suis iam diffisi viribus, coacti sint Anglos Saxones Germaniæ populos pugnaces atq; feroces, ad opem ferendam accersere. Sed secus evenit, atq; putarāt. Angli enim insule partem quam illi tenebant, in suam potestatem redegerunt. Atq; ita quantū mille & amplius annos, Britānicus populus creuerat gloria, tantum calamitosa hæc temporū intercapedo eū grauiter afflixit, quæ à Cassiuellauno, vsq; ad Anglos, intercesserat: qui, vt dictum est, imperium in insula postremò obtinuerunt. Cæterum cum ista omnia plana facere scribendo cōstituamus, ecce scriptorū partim varietas, partim incuria, atq; vt ita dicam, temeritas adeò animum turbat, vt nesciā, quid pro certo aut falso sim affirmaturus, cum de multis, tum præsertim de ordine regum, qui à Cassiuellauno, ad Anglos, secuti sunt. Romani enim scriptores, & in primis Tacitus, dicūt Britannos olim paruissse regibus, & post vectigales factos, per principes factionum ita diuersis studiis tractos esse, vt ad propulsandū cōmune periculū vix duæ tresve ciuitates convenirēt, simulq; arma caperent: sicq; dū singuli pugnarent, vniuersos esse victos. Atq; hoc demum pacto aiunt Britannia à Romanis in formā provinciae redactā, ac ab illis ad eam gubernandam missos esse præpositos, qui eam obtinerent. Veruntamen iidem autores de quibusdā regibus, sicut infra dicetur, meminerunt, qui dum rerum orbis Cæsares potiebant, in Britannia regnarint. Illud idem attestat & Gildas cum inquit: Reges habet Britannia, sed, etc. Cæsar verò tradit tēpore suo, in Cantio quatuor fuisse reges, qui illis regionibus præerāt. Tacitus meminit Prasutagi, & Cogiduni regū: Iuuenalis Aruiragi: recentiores omnes Lucij. Hinc igitur apparet, siue vnū, siue plures, sub Romanis Imperatoribus reges fuisse in insula, cum imperio. Contrā vulgus prædicat summam imperij penes Britānos semper fuisse, & Romanū senatū in singulos annos, vectigali accepto, ex officio, ad coercendos sæpe novos seditionū motus, hostiūmve incurfus arcēdos, misisse Imperatores suos in insulam. Ac ita vult Britānos tantū suis regibus paruissse semper, donec ad extremū imperio ab Anglis deiecti fuerint. Sed cum in ipsa vulgari historia, regū series seruāda foret, quoties accidit, vt non essent qui subiicerent reges, loco illorū perbellè positi sunt modò Romani Imperatores, modò eorū præfecti, dictiq; sunt reges à Britānis creati, perinde quasi Imperatores Romani regib. inferiores fuissent, & præfecti arbitratu suo, nō ad senatus, aut Imperatorū præscriptū provinciā administrassent. Sed hæc vt vulgatiōra, quàm vt hîc putē esse repetēda, iam missa faciamus, quādo nos infra perappositè legentes admonebimus eas ipsas res, quæ ad fidem scriptæ sint,

Nec illud omiserim, formā administrandę reipublicę Britannicę ante advē-
tum Romanorū, variā fuisse. Sanè Cęsar scribit, Calsiullaunum habuisse
in insula principatum, cuius fines Thamesis flumen à maritimis ciuitatibus
diuideret, & ei propter suum adventum, summā imperij bellicę administran-
di permissam, ac eidem ante id tēpus, cum reliquis ciuitatibus, continua bel-
la intercessisse. Itē in Cantio quatuor fuisse reges, hoc est, principes, cuiusmo-
di hodie nos vocamus comites, siue duces: & Cenimagnos, Segōtiacos, An-
calites, Bibrocos, ac Cassos populos missis legationibus, sese dedisse sibi. Et
ibidem inquit: Principes vndiq; convenire, & se ciuitatēsq; suas Cęsari com-
mendare cęperūt, etc. Hinc igitur colligere licet, talem per id temporis fuis-
se Britannię rei gubernandę formam, qualis in pręsentia est Italię, Germa-
nięq; vbi alię ciuitates ab vno principe, alię à nobilitate, alię à populo re-
guntur: & eos quos reges vocant, fuisse potentiores inter alios, qualis fuit
Calsiullaunus, qui ob id, rex dictus est. Hęc ob oculos legentium posui-
mus, quò historiam multò facillimam intellectu redderemus. Cęterum iam
institutum opus prosequamur, vt tandem de Britānici regni fine, & Angli-
ci initio simul dicamus.

POLYDORI VERGILII ANGLICÆ

HISTORIÆ LIBER SECVNDVS.

20



PAX vbiq; gentiū Augusto principe, mortalibus diuinitus da-
ta, adhuc in Britānia integra manebat, cū eius leges Guinde-
rius rex ex Cymbelino genitus, fregit. Is enim vir fortis, homo-
que audax, cui ea audacia temeritatē attulit, Romanis tributū
soluere negauit, populūmq; ad novos tumultus excitauit, qui
vtcunq; ad id provocatus, apertē, quemadmodum Gildas tradit, defectionē
fecit. Quamobrem Claudius Cęsar bellū Britannis inferendum statuit. At
Suetonius Tranq. ait, Claudiū causa orti tumultus, ob non redditos quosdā
transfugas, in Britannos arma mouisse. Igitur Claudius in insulā Romano-
rum Imperatorū primus, postquam eā dictator Cęsar armis superarat, pro-
fectus est: qui provincia statim sine vllō prelio pacata, post sextū mensem, cę-
ex vrbe recesserat, in Italiā rediit. Quod verissimū esse testatur idem Gildas,
ita de ea subita alienatione populi scribēs: Quibus ita gestis, cū talia Sena-
tui nuntiarentur, & propero exercitu vlcisci festinaret, non militaris in mari
classis parata fortiter dimicare pro patria, nec quadratū agmen, neq; dextrū
cornu, aliūve belli apparatus in litore cōspiciuntur, sed terga pro scuto, fugā-
tibus dantur, & colla gladiis, gelido per ossa tremore currente, manusq; vin-
ciendę muliebriter protendunt, ita, vt in proverbium & derisum longē lateq;
efferretur, Britāni non sunt in bello fortes, nec in pace fideles. Itaq; Romani
multis rebellium cęsis, nonnullis ad seruitutē, ne terra penitus in solitudinē re-
digeretur, mācipatis, ex patria vini oleiq; experte, Italiā petūt, suorū quosdā
relinquentes prępositos, non tā militari manu, quā flagris miserā gentem
maceraturos, & si res sic postulauisset, ensem, vt dicitur, vagina vacuū lateri
eius accommodaturos, ita, vt non Britānia, sed Roma censeretur: & quic-
quid haberi potuisset æris, argenti, vel auri, imagine Cęsaris notaretur. Hęc
ille. In historia verò noua leges, pugnatū fuisse inter Claudiū & Guinderiū,
&

30

40